



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 57. Cæsaris molimina Gallorum exercitum inopine obruendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

**Sæcul. XVI.** que huic urbi, quarum obsidionem Rex  
**A.C. 1554** moliri videbatur, ferendam compelle-  
 ret. Nec vanum erat Regis consilium; quippe Carolus exercitum suum ad pugnam instruens Santandream Marescallum, qui postremam aciem duxerat, aggressus est, eumque abs dubio profligasset, nisi Marescallus cum suo Equitatu optime instructo in cujusdam collis declivio tamdiu substitisset, donec ejus copiæ nacto recedendi spatio rivotum infcio hoste trajecissent.

### §. LVII.

*Cæsar is molimina Gallorum exercitum  
 inopine obruendi.*

*Vera l.c.*

Interea Regis exercitus Cameracensem Agrum, Hannoniam, Brabantiam, totamque Namurensem ditionem ferro, flammaque devastabat, tandemque in Arthesiæ Comitatum irrumpens, eundem pariter depopulabatur, postea Renticanos præsidiarios ditionem facere jubebat, iis vero renuentibus Rex urbem obsidere constituit. Eo tempore Rentica exiguum erat oppidum arce munitissima firmatum, atque in Arthesiæ Comitatu ad oram Alphæ fluminis quinto lapide Bologna dissipatum, quod Anno Christi millesimo sexcentesimo trigesimo octavo a Gallis penitus destructum fuit: dum igitur ad inchoandam urbis obficio-

obsidionem tormenta locabantur, mox Sæcul. XV.  
A.C. 1554.  
 Cæsar prope Marquam, & Fochenbergam  
 retro post saltum Renticanum castra me-  
 tatur, hancque sylvam petere jubet;  
 Guiius autem Dux ibidem suam statio-  
 nem habebat, saltumque trecentis sclo-  
 petariis, ac quibusdam cataphractis  
 muniebat, hostisque impetum repellere  
 conabatur; quippe Cæfarei, cum Gai-  
 lis numero superiores essent, hostem bis  
 repetito impetu inde repellere molieban-  
 tur, irrito licet conatu; quapropter  
 Cæsar promotis castris Regium exerci-  
 tum aggredi statuit, spe concepta, quod  
 illum profligare, atque ex insidiis ob-  
 rutum in fugam agere posset. Hanc  
 in rem densæ caliginis opportunitate  
 usus secus saltum Hispanos milites di-  
 sponit, feligitque Germanos pedites,  
 ac mille quingentos levis armaturæ E-  
 quites, qui ad omnes pugnæ casus præ-  
 sto essent. Sequebatur reliquus Cæ-  
 saris exercitus, qui secus parvum quem-  
 dam collem Gallos in saltu aggredi  
 erat jussus, postquam Hispani aditum  
 gladio patefecissent.

### §. LVIII.

#### *Galli Rentiacoano prælio victores.*

Aderat huic expeditioni ipsemet Cæ- Belcar. I. 26.  
 far, cuius præsentia animati Hi- num. 52.  
 spani trecentos illos Sclopetarios a Gui- Thuc. I. 6.  
fio